

LECTORI ASCLEPIADEAE

OFFERT ecce tibi benigne lector,
 Quod non exigua parauit arte,
 Quod non exiguo labore tandem
 Consummauit opus, graui subinde
 VVECKERVS studio iuuans, & acri
 Doctores medicas uigore mentis.
 Si rerum grauitas libros, & artem
 Commendet methodus, tibi placere
 Hoc debet opus graui probatum
 Doctrina: methodum probes, habebis
 Talem quam faciles ferant tabella.

Si mercede frui decet labore,
 Et laus ingenij comes, uel artis
 Existit, merito potest utrumq;
 VVECKERO tribui, quod hoc & arte
 Et magno sit opus labore factum.
 At non ipse tamen petit laborum
 Mercedem, modo fac tibi quod author
 Hic non exigua parauit arte,
 Quod non exiguo labore tandem
 Consummauit opus, tibi quod offert,
 Grata mente feras amice lector.

Nic. Taurellus Med. D.

AD AVTHOREM ET TY=

POGRAPHVM, Iambus auro fidati.

Inter stupende dona multitudinis
 Rerum benignus que Creator & potens
 Effudit in totum genus mortalium,
 Locum tenere non opinor insinum
 Artem medendi nobilem doloribus,
 Humana qui torquent molestie corpora.
 Namq; eius est uel maximè grauisimum
 Praconium, quod ipse summus Arbiter
 (Cuius manu stant & reguntur omnia)
 Creasse fertur usui mortalium,
 Quicung splendent artis huius gloria.
 Fas igitur est honore debito coli
 Dei favore qui decus tantum gerunt.
 Ope Medici reges egent & Principes,
 Hanc optimates cum colonis expetunt,
 Hac pauperes egent, egentq; dixites,
 Puer, senex, anus, puelle, coniuges:
 Ne multa: quicquid nomen humanum gerit,
 Obnoxiumq; habet malis ergastulum,
 Ob insitam labem caduci corporis,
 Artem professos hanc adire non timent.
 Tentat Deum, cum maximo sui malo
 Quisquis repellit ager hoc donum Dei.
 Fidens Deo doctas medendi respuit
 Nunquam manus, affecta si languoribus
 Exhauriuntur membra depascentibus.
 Non nescit alium namq; parens iustibus
 Sui Creatoris solum producere
 Herbas salubres, flosculos, & germina
 Quicung, nostris usibusq; cedere,
 Illustris medici qua solent industria.
 Hinc Christiane ueritatis nescia
 Antiquitas, primum repertorem istius
 Existimauit artis esse Apollinem:
 In starq; numinis colendum censuit,

Non otiosa quisquis experientia,
 Vsa frequenti, lectione plurima,
 Conatus illam est ampliorem reddere.
 Quid? lumen inclytum Plato sapientiae
 Pronuntiare non ueretur Attice,
 Nullo esse felices modo res publicas,
 Nec ciuitatem posse saluam moribus
 Bonis uigere, & disciplina congrua,
 Si non honestus iudici prudentia
 Claro locus sit, arte uel Peonia
 Quicung, subleuare morbo qui sciat
 Peritus agros, laude fraudetur sua.
 Hanc quisquis illustrare sedulo studens
 Nulli labore parcit, immortaliibus
 Dignam meretur gratiam praconijs.
 Cum si tuus VVECKERET talis hic labor,
 (Quo sparsa facundi Galeni dogmata,
 Coi sensis precepta difficultima,
 Et turba quicquid Barbarorum tradidit,
 Dubium tabellis breuib. an doctis magis
 Complexus es) grates habebit plurimas,
 Quisquis medendi nosse regulas studet.
 Nec tu tacendus es mihi clarissime
 Vir eruditione rara, congruum
 Cui diligentis nomen est EPISCOPI,
 Quod ipse tempus literis das plurimum,
 Quod res honestas approbas & promoues,
 Quantum potes, quantum uidetur commodum:
 Facis pte, facis quod est equum, tue
 Nullo decus fama senescet tempore.
 Conatibus fauere pergas optimis,
 Prodeesse rebus publicis studentium.
 Hos & benignus nunc Iambos accipe,
 Sis noster atq; amice, dic HERTELIO.

Iacobus Hertelius
 Curiensis.

